



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

53. Cum inter Subdiaconum &c. Decretum quo statuitur Magistros
Cœremoniarum abstinere debere à munere imponendi, & auferendi
Mitram, & Gremiale celebranti in Cappella Pontificia, nisi Diaconus & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

1704.

Sacra eadem Rituum Congregatio re mature discussa respondendum esse censuit.

Ad primum : Affirmativè.
 Ad Secundum : Affirmativè.
 Ad Tertium : Negativè.
 Ad Quartum : Negativè.
 Ad Quintum : negativè.
 Ad Sextum : Negativè ; sed benedictiones Mulierum , & Fontis Baptifimalis fieri debere à Parochis.
 Ad Septimum : Negativè prout jacet.
 Ad Octavum : Negativè , prout jacet ; sed spectare ad Parochos.
 Ad Nonum : Negativè , prout jacet ; sed spectare ad Ecclesiam digniorem , ad formam Constitutionis Leonis X. la 22. §. 14.
 Ad decimum : Negativè prout jacet ; sed licere Confratribus dumtaxat in festivitibus solemnioribus ejusdem Ecclesie , vel Oratorii , ut in Brundufina sub die prima Junii 1601.
 Ad Undecimum : Negativè.
 Ad Duodecimum : Negativè ; & quoad benedictiones cum Reliquiis , & Imaginibus , ferventur Decreta.
 Ad Decimum tertium , satis provisum in superioribus.
 Ad Decimum quartum : Affirmativè ; nisi aliter Ordinarius statuat ex rationabili causa.
 Ad Decimum quintum : Affirmativè.
 Ad Decimum sextum : Affirmativè.
 Ad Decimum septimum : Negativè.
 Ad Decimum octavum : Affirmativè.
 Ad Decimum nonum : negativè ; nisi aliter Episcopus disponat.
 Ad vigesimum : Affirmativè , quando tumultus est subjectus Parocho , intra cujus fines est Ecclesia , vel Oratorium.
 Ab Vigefimum primum : Affirmativè.
 Ad Vigefimum secundum : Negativè , nisi adesset licentia Episcopi.
 Ad Vigefimum tertium : Negativè , extra propriam Ecclesiam.
 Ad Vigefimum quartum Negativè.
 Ad Vigefimum quintum : Negativè.
 Ad Vigefimum sextum : Negativè.
 Ad Vigefimum septimum : Negativè.
 Ad Vigefimum octavum : Negativè.
 Ad Vigefimum nonum : Negativè.
 Ad Trigesimum : Affirmativè , dummodo non impediant functiones , & Divina Officia.
 Ad Trigesimum primum : Affirmativè.
 Ad Trigesimum secundum : Negativè.
 Ad Trigesimum tertium : Negativè.

Et ita salvis tamen conventionibus , & pactis in erectione Confraternitatum forsitan factis , concordiis inter Partes initis , & à Sancta Sede approbatis , Indultis , Constitutionibus Synodalibus , ac Provincialibus , & consuetudinibus immemorabilibus , vel saltem centenariis , declaravit , ac decrevit , si Sanctissimo Domino Nostro videbitur. Die decimâ Decembris 1703.

Et facta deinde per me Secretarium de predictis Decretis Sanctissimo Domino Nostro relatione , prævia eorumdem integra lectura , Sancta Sua laudavit , benigneque approbavit , & publicari , & non obstantibus quibuscumque aliis in contrarium facientibus , servari mandavit Die 12. mensis Januarii 1704.

G. Card. Carpineus.

B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.

1704.

DECRETUM.

Quo flarium Magistros Cœremoniarum abstinere debere à munere imponendi , & auferendi Mitram , & Gremiale Celebranti in Cappella Pontificia , nisi Diaconus , & Subdiaconus fuerint impediti.

ROMANA.

Cum inter Subdiaconum , & Præfectos Cœremoniarum Cappellæ Pontificiæ super Jure supplendi vices Diaconi impediti in explendo munere imponendi , & auferendi Mitram , & Gremiale Celebranti in Cappella Pontificia , excitata Controversia , & ea ad Sac. Rituum Congregationem à Sanctissimo D. N. Clemente Papa XI. remissa , ab Eño , & Rño D. Cardinale Francisco Barberino infrascripto Dubio proposito.

An impedito Diacono munus auferendi Mitram , & Gremiale Celebranti in Cappella Pontificia , & alia ejusdem Diaconi munera spectent ad Subdiaconum , vel potius ad Cœremoniarum Magistros in casu &c.

Sac. eadem Rituum Congregatio sub die 26. Aprilis proxime præteriti censuerit respondendum : Dilata , & ad Eminentissimum Dominum Ponticem ad mentem , & mens fuerit , Quod Eminentissimus Ponticem curaret , ut Magistri Cœremoniarum abstinerent in futurum ab imponendo , & auferendo Mitram , & Gremiale in casu &c. nisi impeditis Diacono , & Subdiacono.

Non acquiescente hujusmodi resolutioni Præfecti Cœremoniarum prædicti , pro nova audientia eidem Sac. Rituum Congregationi demissè supplicaverunt ; Et Sac. eadem Rituum Congregatio ad relationem ejusdem Eminentissimi , & Reverendissimi Domini Cardinalis Francisci Barberini , respondit : Nihil de nova audientia , & servetur Decretum sub die 26. Aprilis proxime præteriti. Die 7. Junii 1704.

G. Card. Carpineus.

B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.

DECRETUM.

Quoad benedictionem Crucium Altarium , & Processionum.

URBIS.

Fratre Josepho Maria à Turribus Ord. Cappucinatorum supplicante demissè à Sac. Rituum Congreg. declarari :

1. An Cruces Altarium , seu Processionum , sint benedicendæ de præcepto ; &
2. An si non sint de præcepto , possit simplex Sacerdos eas benedicere private , & non solemniter ?

Sac. eadem Rituum Congregatio censuit respondendum.

Ad primum : Negativè.

Ad secundum : Affirmativè. Et ita declaravit. Die 12. Julij 1704.

G. Card. Carpineus.

B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.